

Per.  
Lat  
020

# IUVENTUS

EPHEBEVS IN IUSTVM INVENTUS STUDIOSA E

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse  
 Laptulajdonos: Katolikus Kőzépiskolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catholiconum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 223—808).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripsa mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 288—634).

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1940—41: 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chéque) postal is Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit.

## De Henrico Celio

novo consiliario<sup>1</sup> foederali<sup>1</sup> Helvetiae.

Henricus Celio qui tertius ex Leponica Gente in Consilium foederalis ingreditur, die XIII. a. Kal. Jul. a. D. MDCCCLXXXIX Ambrisii (Ambri) natus est. In pago natali rudimentis<sup>2</sup> imbutus,<sup>2</sup> litterarum studia Balernae apud Salesianos incepit, quae Mediolani apud Patres Societatis Jesu complevit. Philosophiae studia Einsidiae<sup>3</sup> in percelebri Ephebeo<sup>4</sup> perfecit, ubi et germanicam linguam pure didicit. Postea universitatis studia Friburgi incepta in athenaeis<sup>5</sup> Florentiae et Mediolani explevit.

Laureas<sup>6</sup> philosophiae, litterarum et deinde juris consecutus, professionem causidicam et tabellionariam<sup>7</sup> amplexus est. A. 1916 ad moderandam ephemericam quae: «Popolo e Libertà» inscribitur accessitus est. A. 1921 ad negotia forensia rediit domiciliumque suum Biaschae collocavit, ubi usque ad diem moratus est, qua recentem ad magistratum evectus est.

In reipublica administranda ita excelluit, ut iam juvenis in magno Ticinensis Consilio esset, cui a. 1932 praefuit. Post

biennium Consiliarius nationalis electus per breve tempus domum rediit. A. 1932 in Consilium Statūs adlectus est, in quo illi adjudicata est cura publicae institutionis et civitatis moderandae. Actionis vero Catholicae in certamine Henricus Celio inter omnes eminuit. Josephi Motta exemplum sequens per aliquot annos sectionis Leventinensis Unionis Popularis Catholicae praeses fuit. Tum omnes sunt admirati eloquentiam fervidam et persuasivam, qua argumenta ad vitam regionis pertinentia varia evolvebat. Ticinenses incolae his diebus, laetitia elati,<sup>8</sup> novum foederalis Consiliarium Henricum Celio salutant, qui, discipulus Josephi Motta fidem peritiamque sentit. Felices sumus, quia agnoscimus illum Bernae efficaciter animum regionis repraesentatur esse: helveticum scilicet et catholicum. Fortuna faveat illi! habeatque Confoederatio helvetica nunc et semper pacem ac prosperitatem!

*Carolus Amaboldi disc. Lucanensis.*

<sup>1</sup> szövetségi tanácsos = Bundesrat = conseiller fédéral <sup>2</sup> az elemi oktatás után = nach dem Anfangsunterricht = après l'enseignement primaire

<sup>3</sup> Einsiedeln <sup>4</sup> nevelőintézet = Erziehungsanstalt = maison d'éducation

<sup>5</sup> gymnasium <sup>6</sup> diploma <sup>7</sup> közjegyzői = Notariat = de notaire <sup>8</sup> büszkén = stolz = fier



Henricus Celio.

# LECTORIBUS MINIMIS

## Jocosa.

1. Mendicus quidam in angulo viae tussiebat.<sup>1</sup> Vir nobilis misericordiā motus eum affatur : «Veni mecum ! Sanum tē faciam. Medicus enim sum.» — Noli hoc facere, — respondet mendicus, — nam de tussiendo vivo.»

2. Magister<sup>2</sup> doctrinæ<sup>3</sup> sacrae<sup>2</sup> res explicat : «Quando homo moritur, in terram revertitur et corpus eius pulvis fit.» Discipulus astutæ<sup>3</sup> magistrum interrogat : «Ergo tunc ē nigritā<sup>4</sup> pulvis carbonis<sup>5</sup> fit. Nonne ?»

3. Magister : «Cur non viā rectā fulgor<sup>6</sup> procedit, sed modo prorsum<sup>7</sup> modo retrorsum<sup>7</sup> micat ?» — Discipulus : Ideo certe, quod cum iter<sup>8</sup> ingreditur, <sup>8</sup>nondum scit, quō ictus<sup>9</sup> fulminis<sup>9</sup> mittat.»

4. Professor ita alloquitur discipulum, qui fraude utebatur : «Dic mihi, bone, quisnam hoc pensum fecerit ?» «Pater meus» — respondet ille. Prof. : «Sonus pater tuus ?» Disc. : «Non. Sed etiam ego eum adiui.»

*Joannes Velle* disc. Piani Quinqueecclensis (Pécs).

1. Homo dives sepelitur. Unus ex praesentibus magna voce flet. «Cur adeo fles, — interrogatur — tu enim non es propinquus mortui ?» — «Propter id ipsum fleo, quod non sum propinquus mortui, itaque nihil hereditate<sup>10</sup> accipiam.»<sup>10</sup>

2. *Homo ebrius*<sup>11</sup> in *caupona*. Filius : «Veni, pater, domum, quia iam certe ebrius es.» Pater : «Non prius domum ibo, quam illos duos clavos<sup>12</sup> e muro existantes quattuor esse videbo.» Filius : Quiete, pater, domum venire potes, nam e muro unus solus clavus exstat.»

*Ios. Németh* disc. Ginsiensis (Kőszeg).

1. Domina ad novam ancillam.<sup>13</sup> «Admoneo te, — inquit — etsi ego cum marito duo tantum in domicilio habitemus, tamen multos tibi labores suscipiendo esse.» Ancilla respondet : «O, ego non timeo laborem. Domi in stabulo<sup>14</sup> octo boves curabam.»

2. A. : «Quam procaces<sup>15</sup> sunt pueri horum temporum ! Iam decies voco eos, et tamen non adsunt. Quid fiet ex talibus pueris, cum adoleverint ?<sup>16</sup> — B. : Cellarii.<sup>17</sup>

*Tiburtius Homik* disc. Maconensis.

<sup>1</sup> köhög = husten = tousser    <sup>2</sup> hittanár = Religionslehrer = professeur d'enseignement religieux    <sup>3</sup> ravaszul = schlau = astutieusement    <sup>4</sup> néger = Neger = nègre    <sup>5</sup> szén = Kohlen = charbon    <sup>6</sup> villám = Blitz = éclair    <sup>7</sup> előre, hátra = vorwärts, rückwärts = en avant, en arrière    <sup>8</sup> útra kel = aufbrechen = se mettre en route    <sup>9</sup> menykő = Blitzschlag = foudre    <sup>10</sup> örököl = erben = héritier    <sup>11</sup> részeg = betrunken = ivre    <sup>12</sup> szeg = Nagel = clou    <sup>13</sup> szolgáló = Dienstmagd = servante    <sup>14</sup> istálló = Stall = étable    <sup>15</sup> engedetlen = ungehorsam = désobéissant    <sup>16</sup> felnő = heranwachsen = grandir    <sup>17</sup> pincér = Kellner = garçon

## Ad Heroes.

Bellum nos iuvenes morituros vidit et inter  
Tartara non timidis nostra anima adstitimus;  
Sic sumus occisi et sumus umbrae, cogimus autem  
Vivere pro patria, hunc immorem populum.

*Georgius Piláthy* Bp.

## Quid Socrates de percussore<sup>1</sup> censuerit?

Hic eventus magno philosopho, Socrati, accidisse traditur. Custos<sup>2</sup> publicus<sup>2</sup> Athenis percussorem insequitur. Percussor etiam praeter domum transcurrit Socratis, qui ante portam stat, et, quamquam custos : «Capite percussorem !» clamat, quietus loco permanet. Homicida<sup>1</sup> ex oculis elabitur<sup>3</sup> custodis, qui iratus ad Socratem reddit et «Percussorem, — inquit — quem insequebar, capere cur non adiuvasti ?» «Insequebaris percussorem ? Sed dic mihi, quid percussor significet ! ?» «Percussor est, qui occidit !» Socrates admirans : «Sic etiam lanius<sup>4</sup> percussor est, quia is quoque occidit pecora ad cultrum<sup>5</sup> destinata ! ...» Custos Socratem interrupit : «Percussor est, qui homines occidit.» «Sic carnifex<sup>6</sup> ille fuit !» Custos furens respondet : «Carnifex tantum capit<sup>7</sup> condemnatos<sup>7</sup> occidit, percussor autem homines innocentes vitâ privat !» «Iam intello te, — dicit Socrates — miles quidam fugiebat !» «Non miles, quia miles necat homines innocentes in terris inimicis et in bello, sed quem insequebar, eos in sua patria et pacis tempore occiderat !» Socrates frontem<sup>8</sup> ferit<sup>8</sup> : «Cur non dixisti prius ? Medicus igitur ille fuit !»

*Paulus Dobó* disc. Berzsenyiani Bp.

**Cur palumbes nidum<sup>9</sup> validum construere<sup>10</sup> non possit.** Palumbes picam<sup>11</sup> oravit, ut se nidificare<sup>10</sup> doceret, pica enim nidificandi artifex maximus est. Pica libenter institutionem suscepit, et nidificans saepe more suo dixit : «Sic fac, ita fac, sic fac, ita fac !»

Palumbes semper respondit : «Scio, scio, scio !» Pica aliquamdiu<sup>12</sup> quiete audiebat, sed tandem irata est. «Si scis, fac !» — et nidum reliquit ex dimidia parte perfectum. Palumbes postea iam nihil ex hoc artificio discere potuit.

*Ericus Zajta* disc. Keszthelyensis.

<sup>1</sup> gyilkos = Mörder = assassin    <sup>2</sup> rendőr = Schutzmann = sergent de ville    <sup>3</sup> eltűnik = entwischen = disparaître    <sup>4</sup> mészáros = Fleischer = boucher    <sup>5</sup> kés = Messer = couteau    <sup>6</sup> hőhér = Henker = bourreau    <sup>7</sup> halárla ítélez = zum Tode verurteilen = condamner à mort    <sup>8</sup> homlokára üt = auf die Stirn schlagen = se frapper le front    <sup>9</sup> vadgalamb = Holztaube = palombe    <sup>10</sup> fészket rak = ein Nest bauen = faire son nid    <sup>11</sup> szarka = Elster = pie    <sup>12</sup> egy ideig = eine Zeit lang = pendant quelque temps

## Quid sibi „SALATA“ velit?

Gustavus magno cum clamore irrumpit in classem : «Hic est Iuventus !» Nos omnes, «veteres lectores» ephemeredis, gaudentes iubilantes-que<sup>1</sup> accepimus Iuventutem. Discipulus «novus» quidam, qui ex alio gymnasio venerat, mirans rogat me : «Cur ita gaudetis Iuventute advenienti?»

<sup>1</sup> ujjongva = jauchzend = jubilant



Lectores collegii «Salata» minores et maiores.

Responsum datum est: «Quia omnia pulchra et utilia legimus in hac ephemerede. Tu fortasse Iuventutem ignoras?

— Audivi iam aliquid de eo, sed ipsam ephemeredem ignoro. Quot discipuli legunt apud vos — nunc iam «apud nos!» — Iuventutem?

— In diversis classibus 180 sunt lectores.

— Eodem loco atque tempore legitur Iuventus?

— Non. Per<sup>2</sup> classes<sup>2</sup> convenient pueri Iuventutem lecturi cum professoribus. Solent etiam in scholis<sup>3</sup> Latinis legere, ut vivam linguam Latinam exerceant.

— Habetisne societatem?

— Ita. Nomen nostri collegii est SALATA (Societas Amicorum Latinitatis Agriensis). Primo dr. Vincentius László — nunc director gymnasii Ordinis Cisterciensis de rege nostro Bela III. appellati Bajae — tunc professor Agriensis legebatur Iuventutem unā cum discipulis. Societas nostra «SALATA» nominata a professore Juliano Ágoston doctore anno Domini 1936 condita est.

— Quid legunt minores?

— Iocosa legunt libenter, sed iam incipiunt etiam difficiliora convertere.

— In fine Iuventutis sunt aenigmata, scitisne etiam ea dissolvere?

— Non solum dissolvere scimus, sed etiam nos ipsi mittimus aenigmata, et nonnulla iam publici<sup>4</sup> iuris<sup>4</sup> facta sunt.<sup>4</sup> Maior pars nostrum dissolvit aenigmata, ad moderatorem mittit, ut praemia pulcherrima accipere possit.

— Amice, itaque lingua Latina vivit in Bernardino!

— Ita est, vivit, et nos in classibus inferioribus sic salutare solemus: «Ave!» et reponsum: «Salve, amice!» damus. Lingua Latina vivit in toto orbe terrarum, quia omnibus locis sunt vivuntque homines — imprimis inter sacerdotes catholicos — qui latine loqui sciunt.

Nunc intrat professor in classem. Professore latine salutato oramus. Tum auditur «Considite!»<sup>5</sup> considimus aperimusque amatam Iuventutem legendi causa.

Andreas Tarnai, disc. VI. cl. Bernardini Agriensis.

<sup>2</sup> osztályonként = klassenweise = par classe    <sup>3</sup> tanóra = Lehrstunde = classe    <sup>4</sup> megjelentek = sind erschienen = ont paru    <sup>5</sup> üljetek le = setzt euch = asseyez vous

## LECTORIBUS MEDIIS

*Senescit in me omnis lente...*

*Ubi es, o, ver iuventutis,  
ubi es, claritudo lucis?...  
Senescit in me omnis lente:  
vita, viae, dies noctesque  
manent alta posita mente...*

*Ubi es, o, ver iuventutis?  
Panditur in me via crucis;  
in via ibo desolata,  
frustra tend(o) ad sidera palmas,  
animo nox incubat atra.*

*Ubi es, o, ver iuventutis?  
Pro lacrimis quis ploret fusis?  
«Solus eris!» — sic flebunt stellae,  
«solus eris, solusque manes!» —  
insequuntur atrae procellae.*

*Ubi es, o, ver iuventutis?  
Appropinquat nox senectutis.  
Terra virida et fecunda  
carex<sup>1</sup> fit vitamque amatam  
vorat crudelis mortis unda.*

*Ubi es, o, ver iuventutis,  
ubi es, claritudo lucis?  
Senescit in me omnis lente:  
vita, viae, dies noctesque  
manent alta posita mente.*

Julianus Ágoston dr. O. Cist. Agriensis.

<sup>1</sup> sás = Riedgras = carex

*Al. Petöfi: Pastor asino vehitur.*

Latine reddiderunt: Gisela Sikolya, et Helena Faragó.  
disc. Mezőtúrienses.

Pastor asino vehitur, tangunt terram pedes eius. Vir magnus est, sed maior maeror eius. In campo gramineo, dum grex pascebatur, tibiis canebat, cum repente puellam amatam mori audivit. Insilit in asinum, cursu citato domum tendit. Sed iam sero advenit, cadaver est, quod vidit. Dolore asperrimo affectus quid faceret? Baculo caput asini vehementer percussit.

## Caesar bracis equestribus indutus.<sup>(2)</sup>

Narratio iocosa. Scriptis Andreas Kinizsi, Convertit Vincentius Gombár Bp.

Non diu pugnatum est. Miles Aegyptius aëroplani Romanorum pugnatoriis resistere non valuit. Cleopatra statim telegramma misit ad Societatem Nationum. Quae autem forte de disarmatione<sup>33</sup> deliberabat consilioque<sup>34</sup> secundario,<sup>34</sup> ut hac de re consultaret, mandavit. Quod anno a Chr. n. 35-o accidit, at nemo, ut aliquid hac de re in annum p. Chr. n. 1237-um decerneretur, futurum esse sperabat.

Aegyptii devicti sunt. Quo die omnes Romani vinum<sup>35</sup> Campaneum<sup>35</sup> bibeant, in subterraneis curribus vi electrica actis patricii ac servi inter se complectebantur spectaculaque<sup>36</sup> cinematographica<sup>36</sup> ubique gratuita plebi dabantur. In officiis<sup>37</sup> tabellaris<sup>37</sup> epistulae sigillis<sup>38</sup> propriis<sup>38</sup> signabantur et senatus radiophonice dixit imperatori victori salutem.

— Faciamus excursiones<sup>39</sup> dominicarias<sup>39</sup> in Aegyptum ! — Adhortabantur<sup>39</sup> Romanos officia<sup>40</sup> itineraria.<sup>40</sup> Quod Caesari pernicie erat. Ipse, qui quondam bracis equestribus indutus linte<sup>41</sup> bipali<sup>41</sup> transierat Rubiconem, homo<sup>42</sup> plumbeus<sup>42</sup> evasit. Nihil aliud fecit, nisi paginis «bridge» lusit, et Cleopatra, directrix atrii<sup>43</sup> paginarum, omnino irretivit<sup>44</sup> virum inconstanter.

Dum imperator in balneis<sup>45</sup> Aegypti litoralibus<sup>45</sup> morans ad numeros musicae «jazz» saltabat, Casius et Brutus viros, qui mores civitatis corrigere vellent, collegerunt. Adversarii Caesaris libellis<sup>46</sup> suspiciosis et in actis<sup>47</sup> quoque hebdomadariis,<sup>47</sup> ut ductores amoverentur senatusque dissolveretur,<sup>48</sup> vehementissime postulabant. Sero est Caesari telegraphiche nuntiatum : [Statim] domum redi, adversarii tui furunt !

In curia imperator ab *adversariis* vehementissime interpellatus est. Praeses nequ quam Brutum oratione<sup>49</sup> prohibebat,<sup>49</sup> Brutus dicere perrexit, quin etiam e sclopetulo automato (= revolverio) bis glandes<sup>50</sup> in Caesarem misit,<sup>50</sup> quod cor principis civitatis grandaevi perferre non potuit. Ceteroqui iam diu neuropathia<sup>51</sup> cordis<sup>51</sup> laborabat.

— Eheu, mi fili, Brute ! — susurravit summissā voce. Quam effrenati sunt hi, qui nunc vivunt adolescentes... Frustra sum te, Brute, bene educare conatus...

Tum fessas clausit palpebras,<sup>52</sup> nam quomodo fabula illa Shakespearii summo artificio perfecta anno p. Chr. n. 1940-o depravaretur, videre noluit.

*Finis.*



<sup>33</sup> leszerelés = Abrüstung = désarmement <sup>34</sup> albizott-ság = Unterkommission = sous-commission <sup>35</sup> pezsgő = Sekt = champagne <sup>36</sup> mozielőadás = Kinovorstellung = du cinéma, des représentations cinématographiques <sup>37</sup> postahivatal = Postamt = bureau de poste <sup>38</sup> különleges pecsét = Spezialstempel = estampille spéciale <sup>39</sup> wikenstre (megy) = Wochenendausflug = excursion de dimanche <sup>40</sup> utazási iroda = Reisebüro = bureau de voyage <sup>41</sup> kajak = Paddelboot = caiak <sup>42</sup> nyárspolgár = Spießbürger = petit bourgeois <sup>43</sup> vulgo = Salon <sup>44</sup> behálóz = bestriicken = enjöler <sup>45</sup> parti fürdő = Strand = plage <sup>46</sup> röpirat = Flugschrift = libelle <sup>47</sup> hetilap = Wochohnschrift = revue hébdomadaire <sup>48</sup> feloszlat = auflösen = dissoudre <sup>49</sup> a szót megvonti vkitől = das Wort entziehen jmdem = retirer la parole à qqn <sup>50</sup> lő = schießen = tirer <sup>51</sup> szívvidegesség = Herzneurose = névrose cardiaque <sup>52</sup> szempillák = Augenlieder = cils

## Certamen corrigendi.

Epistola mendosa mense Dec. (pag. 31) lectoribus nostris corrigendi causā proposita hic corrigitur :

*Amantissime<sup>1</sup> Domine Moderator Iuventutis!*

Iam iterum audeo cum<sup>2</sup> epistola<sup>2</sup> mea Te interpellare, sed amor Iuventutis debet<sup>3</sup> me. Nunc gratia Tui<sup>4</sup> cogit ad<sup>5</sup> gratiam<sup>5</sup> agere. Valde gavisus sum, quando accepi epistolam Tuam, et libenter mitto<sup>6</sup> a<sup>6</sup> Te<sup>6</sup> acceptos<sup>6</sup> iocos<sup>6</sup> latine<sup>6</sup> retrorsum.<sup>6</sup> Magno cum gaudio et multo cum animo laboravi<sup>7</sup> iocos<sup>7</sup>. Epistola enim Tua vim<sup>8</sup> dedit<sup>8</sup> mihi et<sup>8</sup> ignem,<sup>8</sup> ut opus<sup>9</sup> parvus<sup>9</sup> meus<sup>9</sup> bonum esset et<sup>10</sup> Tibi gaudium parvum volo<sup>10</sup> cum<sup>10</sup> eo<sup>10</sup> parare.<sup>10</sup> Accipe ergo cum amore, quia ego<sup>11</sup> etiam<sup>11</sup> maximo amore trado Tibi. Et valde gadirem.<sup>12</sup> si Tu vitia me<sup>13</sup> corrigares.<sup>14</sup> Tali animo dico Tibi salutem, et expecto monitiones<sup>15</sup> Tuas. Ob<sup>16</sup> munus<sup>16</sup> huma- niter<sup>16</sup> gratias agit Tibi discipulus magnus<sup>17</sup> Tuus E. H.

Recte : <sup>1</sup> Amatissime <sup>2</sup> epistola <sup>3</sup> incitat, excusat <sup>4</sup> Tua <sup>5</sup> me gratias <sup>6</sup> remitto iocos, quos a Te accepi, latine redditos <sup>7</sup> operam iocis dedi <sup>8</sup> vim animi dedit, animum meum inflammavit <sup>9</sup> opusculum (= opus parvum) meum <sup>10</sup> quo . . . afferre volo <sup>11</sup> etiam ego <sup>12</sup> gauderem, gaudebo <sup>13</sup> mea <sup>14</sup> corrigeres, correxeris (fut. perf.) <sup>15</sup> admonitiones <sup>16</sup> pro humanitate Tua <sup>17</sup> parvus (?), fidelis

Praemium ab Societate Magistrorum Cath. Med. Sch. datum meruerunt: Martha Schmidt *Scarabantina*, Maria Kónya *Sabariensis*, Ladislaus Keleti (gymn. IPEA) *Budapestinensis*, Joannes Smolczer *Nyergesujfalvinus*, Laudantur :

Lud. Lukács, Frid Kreiner

## Nuntii recentissimi.

**De Tartaris in Hungariam irruptentibus.** Tartari ex Asia venientes multis populis devictis a. 1241 etiam in patriam nostram irruerunt. Dux exercitus rex Béla IV. erat, sed in proelio etiam comes Colomanus excellebat. Castra Hungarorum in campo Mohi posita et plaustris circumdata erant, itaque milites nostri neque effugere, neque se defendere potuerunt, cum castra a Tartaris inflammata sunt. Hungari devicti sunt. Tartari



Hungari a Tartaris capti.



Guilelmus I imperator inter rusticos Hungaricos a. 1910.

postea exierant et rex Béla IV. reversus in patriam suam ruinis conspectis Hungariam renovare et reficere decrevit. Hoc consilium revera exsecutus<sup>1</sup> est, quare iure regem Belam IV. secundum conditorem patriae nominare possumus.

*Hugo Rácz* disc. Makónensis.

**Guilelmus II imperator** ultimus Germaniae in Batavia<sup>2</sup>, ubi iam plus 22 annos in exsilio voluntario egit, emboliā<sup>3</sup> pulmonis<sup>4</sup> confectus repentinam mortem obiit. Guilelmus non contempsit patriam nostram, cuius hospitio in venationibus compluries fruebatur.

**Nuntii belliei.** In Aethiopia princeps Aostae Anglis se copiasque suas tradere coactus est. Haile Sellassie iterum regnat in urbe Addis Abeba, sed adhuc aliae copiae Italorum fortiter Anglis resistunt. Germani nova arte pugnandi usi insulam Cretam occupatam militibus suis mirabilibus — umbella<sup>5</sup> pensili<sup>6</sup> instructis — debent. Naves bellicas Anglorum ab insula Creta Germani Italique pyrobolorum<sup>6</sup> missoribus<sup>6</sup> depulerunt. Angli nunc fictis causis Syriam occupare conantur.

**Ab Societate Amicorum Litterarum<sup>7</sup> Humanarum<sup>7</sup> Hungaria (Parthenon)** nuper invitatus Otto F. Walter professor Universitatis Regiomontanae<sup>8</sup>

perclarus scholas<sup>9</sup> utilissimas iucundissimasque de cupiditate gloriae Graecorum antiquorum habuit,<sup>9</sup> quas auditorum multitudo plausu atque acclamatione prosecuta est. In imagine nostra ab laeva Walter professor, ab dextra *Leopoldus Baranyai* novus praeses Societatis Parthenon in atrio aedium<sup>10</sup> municipalium<sup>10</sup> novarum stant. (pag. 34.)

<sup>1</sup> megvalósít = verwirklichen = réaliser    <sup>2</sup> Holandia    <sup>3</sup> véredényeldugulás = Blutgefäßverstopfung = embolie    <sup>4</sup> tüdő = Lunge = poumon    <sup>5</sup> ejtőernyő = Fallschirm = parachute    <sup>6</sup> bombavető = Bombenwerfer = lance-bombes    <sup>7</sup> eruditio classicae    <sup>8</sup> Königsberg    <sup>9</sup> előadást tart = einen Vortrag halten = fair un discours    <sup>10</sup> városháza = Stadthaus = hôtel de ville

**Az Országos Magyar Sajtókamara**, hogy a háborús viszonyok folytán a lapkiadásra háruló rendkívüli nehézségeket némileg enyhítse, kénytelen volt egyes megtakarítási rendelkezéseket életbe léptetni, amelyek minden lapkiadóra nézve egyaránt kötelezők. Ezek szerint a budapesti és vidéki sajtónak egyaránt megtiltotta tisztelet-példányok adását, valamint eltiltotta a lapkiadókat bárminemű ajándékozás, pályázat és rejtvény-megfejtési jutalom, kedvezmény nyújtásától. Ezen tilalom kiterjed minden előfizetésgyűjtéssel foglalkozó vállalkozásra, de a külföldre nem vonatkozik. Tudva, hogy az általános anyagdrágulás, a hiányzó vasutszállítás helyett beállított autó, sinautó és repülögépszállítás hatalmas tulkiadásai alig elviselhető terheket rónak a lapkiadásra, az olvasóközönség bizonyára megértéssel fogadja az Országos Magyar Sajtókamara intézkedéseit.

*Országos Magyar Sajtókamara.*

Carissime Domine Moderator Iuventutis !

Quotannis binos ludos Latinos edere solemus : alteram VII—VIII., alteram V—VI. classes. Hoc anno mense Martio V—VI. classes acroasis Latinam fecerunt. Tam bene partes nostras egimus, ut Reverendissima Mater Directrix et Professores nostrae comprobationem pro eventu significant. Magna cum diligentia libellum pulchrum componere studebamus, quem Vobis quoque mittimus.

**Libellus (programma).**

1. Verba salutatoria, dicit : Helena Vass VI. cl.
2. Embaterium Transsilvaniense. Cantatur a disc. V. et VI. cl.
3. De Transsylvania redditu. Scripserunt et recitant : Camilla Kiss et Eva Bóta V. cl.
4. Colloquium. Scripsit : Margaretha Bella VI. cl. Recitatur a Margaretha Szűcs, Maria Antal et Margaretha Bella VI. cl.
5. Arbor fiam ... Cantatur a disc. V. cl.



Prof. Otto F. Walter et Leopoldus Baranyai. (pag. 93.)

**Camera Diurnariorum Publica Hungariae**, ut difficultates extraordinarias propter bellum tempora edendis ephemeridibus obtingentes temperaret, quaedam praecpta de parsimonia dare coacta est, quibus editores omnium ephemeridum pariter tenentur. His praecipsis ephemerides et Budapestinenses et provinciales pariter vetuit exemplaria honorifica (gratuita) dare, simul interdixit editoribus ephemeridum, ne dona qualiacunque, praemia certaminum aenigmatum dissolutorum aut beneficia tribuerent. Hoc interdictum ad omnes negotiatores subnotatoribus colligendis operam dantes pertinet, sed ad civitates extraneas non. Lectores non ignorantibus caritate materiarum universa, nec non sumptibus digarum (quibus desit iugum), automobilium binario vehentium, aeroplanorum pro vectura ferrivaria intermissa usurpatorum nimis dauctis onus vix tolerabile editoribus ephemeridum imponi, certe intelligenter haec instituta Camerae Diurnariorum Publicae Hungariae accipient.

*Camera Diurnariorum Publica Hungarica.*

6. Carolus Kisfaludy : O patriae pulchri fines. Recitatitur ab Etelca Pintér V. cl.

7. Rosa est in colle. Cantatur a disc. V. cl.

8. Iocosa. Latine recitatur a Margaretha Házi VI. cl.

9. Colloquium de Arria. Scripserunt et enarrant : Angela Komlós et Clara Hámory V. cl.

10. Elisabeth Gyopáros VI. cl. : Diákpályánk. Recitatur a Maria Schmidethoffer VI. cl.

11. Credo Hungaricum. Cantatur a disc. VI. cl.

Speramus fore, ut insequenti occasione etiam pulchriorem libellum possimus componere. Nunc simul ferias paschales clementiae Dei plenas Vobis precor cum Professore nostra amicabusque :

*Elisabeth Gyopáros* disc. VI. cl. gymna.  
Scarabantiae, die 3. m. Apr. a. 1941.

**LECTORIBUS MAIORIBUS**

Programma certaminis poetici ab academia discliplinarum Nederlandica ex legato Hoeufftiano in annum MCMXLII indicti. De tredecim carminibus ita est iudicatum : Praemium aureum reportavit Carmen c. t. *Templum Divini Spiritus*.

Ad novum certamen cives et peregrini invitantur his legibus, ut carmina latina non ex alio sermone versa nec prius edita argumentive privati nec quinquaginta versibus breviiora, nitide et ignota iudicibus manu scripta ante Kal. Ian. A. MCMXLIImittantur ad het Bestuur der Nederlandsche Akademie van Wetenschappen, Trippenhuis, Amsterdam», munita sententia, item inscribenda scidulae obsignatae, quae nomen et domicilium poetae indicabit. Ceterum iudicibus gratum erit, si poetae in transscribing portabile prelum britannicum (*type-writer*) adhibuerint, ac si, quemadmodum in editionibus poetarum fieri solet, sextum quemque versum numero insigniverint.

Praemium victoris erit nummus aureus quadringentorum florenorum. Carmen praemio ornatum sumptibus ex Legato faciendis typis describetur eique subiungetur alterum laude ornatum, si scidulae aperienda venia dabitur. Id autem ante Kal. Iul. proximas fieri debet. Exitus certaminis postremum in conventu Ordinis mense Aprili prouniabitur, quo facto scidulae carminibus non in volumen receptis additae Vulcano tradentur. Amstelodami, die 1º m. Maii

A. MCMXLI.

*P. Scholten*  
Ord. lit. acad. reg. ab actis.



**Praemium ab Societate nostra sociis iuvenilibus diligenteris datum liber est, qui inscribitur: "Jézus élete. A négy evangélium alapján összeállította dr. Gáspár Pál.** Hoc praemium sorte obvenit Maria Dischka (*Angelanum*), Theresiae Weisz (*Giselanum*), Ioanni Néveri (*gymn. Acad.*), Alexandro Weber (*Scholae Piae*) *Budapestinensis*; Francisco Liska *Bajano*; Ernesto Réti *Dombóváriensis*; Ottoni Waldner *Gyöngyösiensis*; Ladislao Javorik *Keszthelyiensis*; Helena Tóthszöllősy *Kaposváriensis*; Hugoni Rácz *Makonensis*; Friderico Kreiner *Magna-Canissano*; Ladislao Harsányi *Papensi*, Margaretha Bella *Scarabantinae*; Ladislao Almásy *Szegedinensi*.

**Summarium praeconii Instituti Studiorum Romanorum intitulati «Per lo studio e l'uso del latino. Bollettino Internazionale.»** Fasciculus II. (Jul.—Sept. a. 1940): 1. Lo studio e l'uso del latino nel mondo: a) *L. Meier O. F. M.*: Ecclesia Catholica et usus linguae latine in Germania. — b) *C. C. Kapnucaias*: De studiis latinis apud Neograecos. — c) *G. E. Duckworth*: De recentibus propensionibus ad classica studia pertinentibus in Foederatis Civitatibus Americae. — d) *E. vitéz Mészáros*: De cultu litterarum et de lingua latina Hungariae Medii Aevi. — 2. Contributio «Instituti Studiorum Romanorum» ad studia latina congressibus suis. — 3. Centrum internationale nuntiatorum: Centrum didacticum linguae latinae. — Cultura classica in Bulgaria. — Transmissiones radiophonicae latinae in Hungaria. — Nuntii de America. — Acta diurna de lingua latina.

*Andreas Avenarius presb. Clarissimo viro Joseph Wagner doctori sal.*

*Decebat sane iam pridem mittere ad te responsum illius humanissimae cartulae — vel illarum litterarum — quas sub annorum huius et superioris divertio ad me dederas. Quod nondum rescripti, etsi mihi tribuendum ignavia est, tamen non omnis in culpa sum; qui ex octobri proximo eo utar statu valetudinis, ut ab omnibus negotiis, quae sedendo absolvuntur, reformidem prorsus et abhorream. Haec causa est, quod rarius, quam solebam, mittam ad commentarios Latinos machinae meae subolem et quod meum litterarum negotium commerciumque misere constituit. Tu vero mittendis nihilominus fasciculis I u v e n t u t i s me excitas, ut saltem hoc grati animi indicium cedendum malleolis machinae officialis meae censerem, quo simul et me et te consolarer spe me post aliquam curam corporis ad pristinam scribendi alacritatem frequentiamque reversurum esse.*

*Imaginem volueras meam; sed oro te, qui potest tibi in mentem venire hominem tam obscurum, cuius opera fere universa in ipsis cerebro interiere, conspectui proponere ut cogitares lectorum Iuventutis? Nunc ubi videam istud periculum iam abisse, oblectatus tua in commentariorum foliis imagine, copiam tibi addidi illius lucigeniae effigiei, quam ante annos duos mihi faciendam curavi pro syngrapha ab isto Felici, cuius post sollemnia ecclesiastica photogrammata in illustratis libellis non raro conspiciuntur. Det tibi et tuis Deus O. M. suae*



Andreas Avenarius.

*gratiae abundantiam diutissimeque salvum te servet in columemque promotorem rei Latinae rei tam pulchrae.*

*V. Idus Maias.*

*Collegio del Verbo Divino,  
Roma, Via Travicella, 30.*

## AENIGMATA

### Solutiones aenigmatum numeri VIII.

1. Luna, uxor, nota, orat. — 2. Nihil tam incertum, nec tamen in aestimabile est, quam animi multitudinis. — 3. S, is, vis, avis, navis, gnavis, ignavis. — 4. Memento mori. — 5. Senator, Manlius, murmur, timeo, puta, nil, tot: Tempora mutantur et nos mutamur in illis. — 6. Hannibal superavit Alpes. — 7. *Ad libram*: 1. Latona. 6. Ubi? 8. Centum. 9. Alce. 12. Ixion. 14. Os. 15. Os. *Ad perpendicularum*: 1. Luca. 2. Tunc. 3. Obtexo. 4. Ni. 5. Velis. 7. Amant. 10. Cis. 11. Eo. 13. Is. — 8. Umbra. — 9. Digtabulum. — 10. Cassis — classis.

**Aenigmata recte dissolverunt:** C. Bauer, E. Bányai, M. Blandl, M. Göntér, A. Salamon, E. Stohl, \*M. Szalay,\*



Lectrices nostrae in Angelano Bp.

E. Szál, H. Trombitás, B. Varga (*Angelanum*), E. Gárdosi, G. Schwartz, L. Arany, B. Balogh, G. Bien, O. Beck, G. Blum, R. Deutsch, L. Ferenczy, P. Forgács, St. Haás, G. Hajdú, G. Kiss, Al. Kollár, L. Kreutle, St. Lukács, J. Papp, A. Páris, Th. Rózsa, T. Soltész, T. Stiller, \*P. Szilárd, Z. Tóth, G. Várnai, C. Vadadi, E. Weisz, St. Avari P. Kartschmaroff, Fr. Gaál, Fr. Kóbán, Fr. Szűcs, G. Strausz (*Bolyyanum*), G. Wollitzer, G. Szatmári, \*(*Berszengianum*), Fr. Vörös (*Keményanum*), E. Schwarzenberg (*gymn. Evang. conf.*), V. Váradyi\* (*Margaretheum*), Fr. Bánát (*Stephaneum*), C. Wohl\* (*Veresianum*), fratres Székely (*gymn. Archiep.*) *Budapestinenses*. Fr. Liska Bajanus. E. Réti *Dombóváriensis*. G. Papp\* *Neoseliensis*, E. Kovács *Keszthelyensis*. St. Ipkovich *Ginsiensis*\* M. Csengery\*, L. Csurilla, M. Koch, M. Krajesik, J. Molnár, A. Nagy, H. Nagy, H. Pintér, V. Schág, P. Szinay, S. Szvircsek, E. Tóth *Magnó-Varadinenses*. M. Bella (*Angelanum*) *Scarabantina*. M. Kónya *Sabariensis*. S. Rosenfeld\* *Ungáriensis*. M. Böhm *Zalaegerszegiensis*. S. Ember, H. Faragó, G. Sikolya, E. Tóth, G. Besse, \*I. Rákóczi *Mezőturiensis*. Fr. Kreiner *Magna-Canissanus*. I. Bösze, G. Klinger, L. Lukács, I. Smolczer, Au. Tóth, V. Flekács\* *Nyergesújfaluvi*. L. Balogh, Th. Bálint, A. Berecz, Em. Boross, Z. Gaál, I. Gerebenics, Ad. Gögös. L. Har-

sányi, Z. Horváth, L. Kertész, L. Nemesvölgyi, I. Polgár, O. Póczik, P. Szabó, T. Schweighoffer, L. Vattay (*Maurinum*) Papani. M. Molnár, L. Aszódi, O. Jákó, B. Révész\* *Szolnokienses*. L. Erdős, I. Klinszky, I. Száva, P. Szontagh, G. Vongrey, A. Haraszti,\* L. Lenkei, V. Varga *Agrienses*. Schola commercialis Genavensis.\* Stellula (\*) indicat eos, quibus praemia ab Societate Mag. Cath. M. Sch. data sorte obvenerunt.

1—3. *Quadrata magica.*

1. 2. 3. 4.

1.				
2.				
3.				
4.				

A A A A	A A D D
E E E E	D E E E
L L M M	E I I T
D P R R	R R T R

1. Non bene. Donavi, tribui.  
 2. Porcus ferus. Forma verbi «esse».  
 3. Mater Helenae pulchrae. Donare, tribuere.  
 4. Forma verbi «esse». Viam carpentes facimus.  
*Petrus Vette disc. Kaatsheuve-lensis (Hollandia).*      *Robertus Sulka disc. Levanus.*

1. 2. 3. 4. 5.

1.				
2.				
3.				
4.				
5.				

A A A A E	Cibus quotidianus.
E E E E E	Pellere.
E I L M M	Scorpionem.
N N P P R	Iracunde. [rale.
R S S T G	Adverbium nume-

*Ioannes Velle disc. Piani Quinquecclesiensis (Pécs).*

4. *Angulus magicus.*

A A E E E E	Frater Morphei.
E C C G I	Mater Proserpinæ.
L L O O	Praepositio.
R R S	Bestia rapax.
S S	Pars vultus.
S	Consonans.

*Zoltanus Gaál disc. Maurini — Pápa.*

5. *Pyramis.*

1	Consonans.
2 1	Pronomen determinativum.
3 2 1	Causa judicialis.
4 3 2 1	Tu nutrit.
5 4 3 2 1	Forma verbi «malle».

*Georgius Wollitzer disc. Berzsenyiani Bp.*

6—7. *Ad saltum equulei.*

		su-					
		rum.	vis-				
				ci	o-		
ti-	pri-	stul-	o-	ne-	li-	tia	
est	ali-						
ae							

*Emericus Kákonyi disc. Colocensis (Kalocsa).*

lus	a	Nun-	um,	ti-	in	ge-	gau-	gi-
ti-	Sal-	ge-	ter-	Glo-	di-	lan-	num,	ni-
in	pa-	ri-	bus:	An-	ris	tum	vi-	gnum
va-	o	ri-	cel-	rem	bis	di-	Deo.	mi-
sto-	ex-	to-	vo-	bus	sis	ho-	ma-	xit

*Lad. Harsányi disc. Maurini — Pápa.*

8. *Rete magicum.*

1. 2. 3.


1.			
2.			
3.			

1. Incolae oppidi Fundorum.  
 2. Regio in Palaestina.  
 3. Aliquem parem seu aequalem facio.

*Guilelmus Volonterio disc. Lucanensis (Helvetia).*

*Nota.* Lectoribus minimus: 1—5, mediis et maioribus 6—8. — Quiusquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholæ solutiones a professore suo collectas in communi involucro epistulæ ad moderatorum *J. Wagner* (*Budapest, XI., Lágymányos utea 20.*) mittant.

Terminus solutionum: Calendæ Octobres.



Corrigenda numeri IX (m. Maii): pag. 81: pro: et cultu lege: ex cultu.

*Avenarius.* Nonnulli iam interrogaverunt, cur imaginem Tuam in fasciculo VIII non publicassem. Quibus nunc epistola Tua — mihi semper cara, sed haec carissima — respondet. Pro amicitia Tua gratias ago singulares. Da operam, ut valeas; hoc mihi gratius facere nihil potes. — Index opusculorum ante Nonas Iun. acceptorum: 1. *Z. Gaál* 27, *Fr. Kreiner* 5, *M. Böhm* 3, *St. Ipkovich* et *O. Jákó* binaenigmata miserunt. 2. Alia opuscula composuerunt: *T. Homik*, *A. Tarnai*, *P. Dobó*, *C. Ács*, *L. Keleti*. — *C. Lackner*. Duo ioci boni sunt. Liber Chimianii (a. 1822) iam divenditus est. Libri «Sprechen Sie lateinisch?» editor est *Ferd. Dümmler*, Bonn-Berlin. Pretium editionis VIII (1939) est 2.70 M. Per librarium hunc librum emere potes. — *C. Wohl*. Textum Hungaricum non remisisti. Mitte igitur! — *Fr. Palata*. Gratias ago pro opusculo utili. Mense Dec., cum 16 paginas dare licet, prodibit. Cura, ut valeas! — *Ag. Salamon*. Narratio, in qua de Nativitate Christi agitur, mense Dec. adetur. — *Sociis lectoribusque moderator et administrator otium amoenissimum per aestivas ferias exoptant.*